Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent
detrahebant michi, ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis,
et odium pro dilectione mea. Constitue
super eum peccatorem, et diabolus stet ad dex
tris eius. Cum iudicatur exeat condempna
tus, et oratio eius fiat in peccatum. Fiant
dies eius pauci, et episcopatum eius accipi
at alter. Fiant filii eius orphani, et uxor
eius uidua. Nutantes transferantur filii
eius et mendicent, eiciantur de habitationib'
suis. Scrutetur fenerator omne substan
tiam eius, et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor, nec sit qui misereat pupillis eius.
Fiat natiuitas eius in interitum, in generatione
una deleatur nomen eius. In memoriam
redeat iniquitas patrum eius in conspectu
dni, et peccatum matris eius non deleatur.
Fiant contra dnm semp, et dispeat de terra
memoria eorum, pro eo quod non est recordat'
facere misericordiam. Et persecutus est hominem